

morā per text. in l. in bona fidei. secundum unam lecturam, quam ad hoc ibi ponderat Bart. ff. de eo. quod cere. loco. ubi probatur secundum gl. ibi. verb. conditum. ver. sed lectura. quod si in stipulatione non sit adiectus locus solutioni, sed petitioni, v. puta: Promisisti mihi dare centum, & ego, ea petere promisi Placenti, nam si ibi non te inueniam, possum te alibi conuenire ratione arbitrarie actionis, & ita vertitur hoc casu officium iudicis propter locum: quam lecturam seq. ibi Bart. n. 4. & testatur communem Iaf. ibi. nu. 9. qui late eam defendit. Vnde ex illo text. apertissime constat, quod in nostro proposito, si hic heres non sit in loco, ubi debet conueniri, iam est in mora, & per consequens poterit conueniri ubi inueniatur, non obstante exceptione loci incompetentiæ, cum iam ex mora agatur, & ita hanc opin. ex illo text. tenet Bart. ibi. n. 4. qui dicit, quod ita est intelligenda l. nemo potest, quod est valde notandum, sequitur ibi Iaf. alios allegans, n. 9. idem hic n. 88.

Aduertendum tamen subtiliter est, quod omnia exempla gl. & doctorum supra iam examinata, non videntur bona ad propositum huius l. Nam cum ipsa tractet de obligatione finienda, vel non finienda certo loco, incompetens videtur esse. adducere signa de executione legati certo loco sienda contra heredem, & sic de executione restringenda vel moderanda ad certum locum.

Vnde optimum exemplum videtur, quod Angel. hic proposuit, scilicet, cum testator dixit se velle, vt heres tantum teneretur ad legatum in Ciuitate Bononiæ, non vero alibi esset obligatus. Nam cum iure obligatio nullo loco circumferatur, vt in l. Caius 88. in ordine, cum similib. ff. de legat. 2. Merito quod non valeat huiusmodi voluntas testatoris, cum per eam jus alteretur, & circa illam l. Caius, videndus est omnino subtilis & doctissimus Lusitanus Arias Pinel. in repet. Rubric. C. de bon. mat. in 1. part. n. 10. ubi omnia de mundo congerit circa illam l.

Secundo placet mihi exemplum Cumani hic scilicet, quando testator dixit, Cum heres peruenerit ad talem locum non teneatur amplius ad legatum: Hoc casu bene agitur de obligatione finienda certo loco, & per consequens non valebit huiusmodi testatoris dispositio per hunc text. saltem ipso iure, licet ope exceptionis valeat, nisi aut dolo aut mora heredis fiat, quo minus heres conueniatur in loco, quo testator iussit eum tantum posse conueniri, vt suprad. est in exemplis glossæ.

Sequitur nunc quarta pars.

Glossæ, quæ versatur circa verbū Conditionis huius text. dum probat, quod testator non potest facere, vt obligatio conditione finiatur. Nam inquit gl. quod potest intelligi de conditione tacita, quæ in primo vel secundo anno deficit, vt in l. §. final. ff. de cond. & demonstr. & in l. inter stipulantem, §. Sacram. ff. de verb. oblig. Nam ex hoc non definit obligari heres. Sed hanc gl. reprobatur Bart. hic n. 24. vers. vemo ad tertium, & est communiter reprobata, secundum Iaf. hic in l. lectura, n. 91. & in l. lectura, n. 124. & fundamentum Bart. hic est. Quoniam sicut conditio expressa impedit nasci obligationem, vt in l. cedere diem, ff. de verb. signif. ita & tacita, ita tenet gl. in l. item quia, §. 1. verb. male petitur, ff. de pact. & ibi Bart. gl. similis in l. 2. §. fin. verb. post nuptias. ff. si cert. petat. ubi Bart. n. 4. eandem opin. sequitur, dicit communem plures allegans Iaf. in d. l. item quia, n. 21. Orosc. ibi nu. 7. Ergo non est dicendum neque dubitandum, utrum talis conditio impediatur obligationem, vel non: testatur præterea gl. opinionem in d. l. item quia, communem plures referens, Domin. Ant.

de Menell. in l. v. n. 18. ff. de legat. 2. dicit etiam communem Marant. in 10. disput. n. 13. & Ant. Gom. lib. 1. v. v. v. res. tit. de legat. nu. 24. & sequuntur valde commendantes plures allegati per eundem Ant. Gom. lib. 2. var. res. cap. de qualitat. contract. n. 18.

Sed quamvis t. gl. nostra in præfenti communiter reproberetur, vera quidem est & optime procedit. Nam Bart. opinio & glossarum procedit, quando conditio tacite inest obligationi, si vero inest expliciti, non impedit ortum & natiuitatem obligationis: ita tenet gl. quæ sic est intelligenda per text. ibi in l. ita demum, verb. conditione, ff. de arbit. & in l. 3. C. eodem, sequitur Iaf. plures allegans in d. l. item quia, n. 21. in si. post Bart. ibi etiam in fine, qui dicit, quod ita limitatur opinio supra dictarum glossarum, & hæc limitatio est communis secundum Ioan. Orosc. ibi, n. 9. sic in proposito in casu gl. d. l. item quia, §. 1. verb. male petitur, inest tacita conditio obligationi, nam cum promittitur dos, ita demum promittitur tacite, & obligatur promittens si nuptiæ sequantur, alias non, ideo merito, quod obligatio neque actio nascantur, antequam nuptiæ sequantur, impediunt earum ortum tacita conditio, quæ eis inest. In nostro vero casu, quando legauit testator decem corbes frumenti ex fundo suo, inest tacita conditio ex d. §. Sacram. vt si in hoc anno, vel illo, non nascantur, in alterum debeat expectare legatarius, nam tunc obligatio legati non est suspensa, vt pote cum ipsi non inest conditio illa tacita, neque expressa, sed est suspensa exsequutio, cur inest prædicta conditio: Nam non debent præstari decem corbes frumenti illo anno, quo natum non est, sed in alium differitur solutio, & sic gl. nostra bene potuit dubitare, an in nostro casu extinguatur obligatio per conditionem tacitam, & vult, quod cum secundum leges tacita conditio, quæ inest executioni, non impedit obligationis ortum, non poterit facere testator & disponere, quod hæc l. & præcepta glossarum & cõmunia non habeant locum in suo testamento, & sic, quod impediatur ortus & natiuitas obligationis, cum contrarium de iure sit, & hæc est vera mens gl. nostræ, quæ huc vsque nunquam fuit ita interpretata & intellecta.

Verum t. in alio & secundo dicto vult Bart. hic reprehendere gl. hanc, quatenus vult gl. nostra, quod in casu dicti §. Sacram. non expectatur magis quam biennium: Nam imo inquit Bart. quod expectatur donec nascantur fructus, & in hoc fortassis Bart. rationem habet, & eandem gl. in hoc reprobauit idem Bart. in d. §. Sacram. nu. 6. vers. quaro. & est communis cum eo contra gl. secundum Iaf. ibi, nu. 27. Zaf. 30. & vera per illum text. nisi gl. hic quoque saluemus, dicendo, quod non fuit contrariæ intentionis in hoc gl. dum exemplificauit in biennio vel triennio, quia non negauit ultra deberi.

Aliud t. & secundum exemplum ponit gl. in conditione expressa, in quo non confidit ipsamet gl. Aliud & tertium & vltimū ponit in seruitute prædiali: Nam non potest eam constituere & legare testator pure, ita vt extingatur, si nauis ex Asia venerit, quia etiam si deficiat conditio, obligatio seruitutis non finitur, imo durat: vt in l. seruitutes ipso quidem iure, ff. de seruit. ubi gl. verb. sub condit. ita expresse intelligit nostrum text. & dicit communem Bart. ibi nu. 1. sequitur idem Bart. in præfenti in fine, qui addit, secus esse, si apponatur huiusmodi conditio in legatis personalibus, vt puta, Lego centum, quoad Imperator venerit in Italiam: Nam hoc esset legatum annuum, pro primo anno purum, & pro sequentibus conditionale, vt in l. legatum, in principio, ff. de annuis legat. & in l. Stichum, §. stipulatio, ff. de verborum obligationibus, ex quo text. constat

constat, in stipulationibus aliud esse, ac proinde in illis bene habebit locum huiusmodi exemplum, & cū his finitur hæc pars gl. & commentū Bart. super hac lege. Verum licet hoc exemplum sit verum, tamen non est generale ad omnia legata, sicut nostra lex loquitur in omnibus legatis, ideo melius & generalius exemplum est, primum supra positum ex gl. hac recte intellecta, vt supra vidimus. Insuper quinta & sexta & septima particule huius gl. iam sunt declaratae, & cetera omnia, quæ hic habentur.

Vltimo pro intellectu huius materie semper præ oculis habenda est distinctio Paul. de Cast. hic in fine, ad cognoscendum, quæ possit testator prohibere, & quæ nõ dicens, quod illa potest testator facere in suo testamento quæ, possunt contrahentes, & quibus renuntiare vel derogare possunt, quæ autem illi non possunt, neque testator poterit. Quæ autem sint illa, colligitur ex distinct. Bart. in l. pen. C. de pact. communiter approbata, vt supra dictum est, & eundem in l. ius publicum, ff. eodem titul.

Sed quia §. nu. 91. dixi nouiter ultra omnes (quos tunc saltē vidissem) quod impensa funeris est deducenda de tertio bonorum defuncti, non vero de toto corpore hereditario, quando testator decessit non relicto descendētib, sed ascendente, vel ascendētib, licet contrarium velit & dicat testator, & post §. dicta scripta vidi Greg. Lop. in l. 1. in gl. magna, post medium, in vers. limitabis, & c. tit. 11. part. 6. idem prius tenentem per d. l. Regius, §. 6. & 30. Taur. licet non loquatur eo casu, quo testator dicat contrarium, & etiam Rodericus Suarez in repet. l. quoniam in prioribus in declaratione l. Regia, fol. 127. numer. 8. ad fin. C. de offic. testam. ubi idem t. vult de iure communi, ex quodam Baldi consilio, licet non loquatur Suarez in terminis nostrarum legum Regiarū, hic eos addere decreui, vt lector optimus hoc adiungat his, quæ ibi dixi, & certior sit in supra dicta mea opinione, & eam confirmet auctoritate tantorum virorum. Vltimo post huius operis primam editionem idem reperio tenere aduersus Palat. Rub. & Castell. cum eodem Castell. alibi D. Ioan. a Roi Inquisitorem Valent. in epitom. omnium success. c. 9. n. 31. & seqq.

S V M M A R I A.

- 1 Suitas nomine licitum esse nobis vti.
- 2 Omnis definitio periculosa est in iure.
- 3 Suitas Angel. de Perig. communis definitio.
- 4 Suitas definitio unumquodq. verbum declaratur.
- 5 Patria potestas requiritur ad suitatem.
- 6 Posthumus antequam nascatur, non est in patris potestate, & nihilominus habet suitatem.
- 7 Clericus per constitutionem sacrorum ordinum non eximitur a patria potestate.
- 8 Clerici possunt testari, licet sint filii familias.
- 9 Filium familias iure Regio testari.
- 10 Clericus quoad spiritualia non retinet patriam potestatem.
- 11 Episcopalis dignitas liberat filium a patria potestate.
- 12 Episcopus filium suum non amittit suitatem.
- 13 Episcopus filius, si prætereat in testamento a patre, habet ius dicendi nullum.
- 14 Posthumus quomodo possit habere suitatem, prima ratio, procedit ex fictione.
- 15 Verbum, Sum, es, sui, denotat veritatem.
- 16 Lex in his, quæ sunt iuris, potest fingendo disponere.
- 17 Posthumus quomodo habeat suitatem, secunda ratio.
- 18 Posthumus dum est in ventre, non habet suitatem.
- 19 Posthumus natus habet suitatem, eo casu, quo si viuo patre nasceretur, suus foret.

- 20 Postumum appellatio in dubio intelligitur de illo, qui proprie posthumus est, hoc est de illo, qui post humanam vitam nascitur.
- 21 Iafon cauendus in duobus hic positis.
- 22 Suitas licet non possit produci sine patria potestate, producta tamen cum patria potestate bene valet & tenet deficiente postea patria potestate.
- 23 Dos non potest esse sine matrimonio, & quomodo hoc intelligatur.
- 24 Pater habet usufructum in bonis aduentitiis filiorum ratione patrie potestatis quam habet.
- 25 Pater habet hunc usufructum etiam mortuo filio, & sic finita patria potestate.
- 26 Pater non amittit usufructum bonorum per ingressum religionis ipsius filii.
- 27 Patria potestas requisita ad acquisitionem usufructus intelligitur a principio, & postquam semel est operata effectum, licet cesset & finatur, non extinguatur usufructus semel acquisitus.
- 28 Annus, qui requiritur in acquirenda possessione, postquam est acquisita, non est necessarius in ea conseruanda.
- 29 Speciale esse in Episcopo, ut licet liberetur a patria potestate per dignitatem, habeat suitatem.
- 30 In favorabilibus non dicitur quis exisse a patria potestate per dignitatem.
- 31 Substitutio pupillaris non expirat per constitutionem dignitatis.
- 32 Adoptatus ab extraneo, non intrat in eius potestatem, & nihilominus habet suitatem, saltem ab intestato.
- 33 Ratio prima quare huiusmodi adoptatus sit suus, cum non habeat patriam potestatem.
- 34 Ratio secunda supradicta.
- 35 Omnia similitudo est quoddam signum rei, non autem res ipsa.
- 36 Monachus per ingressum religionis amittit patriam potestatem, atq. in monasterio, & illius abbatis ditionem transit, & nihilominus retinet suitatem.
- 37 Monachus præteritus a patre habet ius dicendi nullum.
- 38 Ratio, quare monachus retineat suitatem, licet amittat patriam potestatem.
- 39 Francigena an habeat filios in potestate, & an ipsi filii sint sui.
- 40 Suitas alia plures definitiones remissive.
- 41 Suitas quo iure sit inuenta.
- 42 Suitatem triplicem esse, semiplenam, plenam & plenissimam. Semiplena est, quando filius suus se abstinet ab hereditate patris.
- 43 Suitas semiplena est potens ad confirmandam substitutionem pupillarem.
- 44 Sed hoc procedit, quando idem ipse filius abstinens, fuisse substitutus fratri pupillo, secus si extraneum fuisse substitutus.
- 45 Suitas plena est, cum filius, cui est delata hereditas, est iacens vel ignorans, vel deliberans.
- 46 Suitas plenissima est, quando filius se immiscet hereditati paternæ.
- 47 Diuisio in hoc §. Sui, & eius casus ponitur.
- 48 Sui & necessarij heredes, qui dicantur.
- 49 L. filius heres, ff. de lib. & posthum. declaratur, & num. sequens.
- 50 Suitas quod tollatur per dationem substituti vulgaris, & hic est primus intellectus d. l. si filius heres.
- 51 Necessitas, quæ est in filio, tollitur per substitutionem vulgarem.
- 52 Suitas, quod non tollatur per dationem substituti vulgaris, secunda opinio.
- 53 Necessitas, quæ est in seruo, an tollatur per dationem substituti vulgaris.
- 54 Pendencia natiuitatis posthumi tollit suitatem, & impedit hereditatis aditionem per heredem scripturum.

68 findam, & hic est secundus intellectus dicti l. si filius heres.
54 Suias non tollitur per dationem substituti vulgaris re-
55 Suias quod tollatur per dationem substituti vulgaris quoad omnes effectus suiatis, & sic quoad transmissi-
56 Suias transmissionis ex potentia iuris deliberandi, & ex potentia sanguinis praefertur substitutioni vulgari.
58 L. si. C. de repud. hered. quod non habeat locum in filio suo, cui est datus substitutus vulgaris.
58 L. si. C. de repud. hered. non habet locum in filio succedente in maioratu.
59 Suias an tollatur per dationem coheredis extranei.
60 Prouiso legis, qua est fundata in iure speciali, tollitur per prouisionem hominis, secus si prouiso legis sit fundata in iure communi.
61 L. apud Iulianu. §. idem Iulianus, ff. ad Trebell. in-
61 Contra communes opiniones non esse passim tenendum, rarissime, idq. iustissime.
62 Transmissio ex potentia suiatis non impeditur datione coheredis extranei.
63 Suias non tollitur datione coheredis extranei quoad ea que sunt extra testamentum.
64 L. si. C. de repud. hered. habet etiam locum in filio suo, dato coherede extraneo.
65 Sui heredes sunt etiam ignorantes, & quasi domini dicuntur in vita patris.
66 Possessio an continuetur in suo, sicut dominium absque noua apprehensione.
67 L. 2. §. si. ff. pro hered. intellectus.
68 Possessio non transfertur absque naturali apprehensione in casibus, in quibus dominium transfertur sine traditione.
69 Glos. quaedam saluantur & concordantur.
70 Locum heredes, in princ. ibi. Nisi naturaliter apprehensa, ff. de acquir. possess. intellectus.
71 Possessio vera non datur in iuribus incorporalibus, sed fidam quasi possessionem dari.
72 L. de Soria vulgo dicta, qua est l. 3. tit. 13. li. 4. ordin. noue recop. declarata, & num. seqq.
73 Exsequitium remedium hodie iure Regio successoris ab intestato competit, & n. 74.
74 Exsequitium remedium ante d. l. de Soria, non competeat successoribus ab intestato, sed officium iudicis tantum suis, & sic idem operabatur existentia suiatis quod tabule testamenti.
75 Filius vel alius heres in testamento scriptus potest intrare propria auctoritate bona hereditaria iacentia absq. eo, quod incurrat in poenas d. l. de Soria.
76 Filius post mortem patris potest ingredi propria auctoritate possessionem bonorum paternorum, & ea vi.
77 Possessio defuncti transfertur in eius heredem absq. actu apprehensionis, si defunctus possidebat per colonum, & colonus defuncto domino continet possessionem nomine heredis.
78 Sui an possint vsucapere pro herede, & nu. seqq. hoc numero ponitur 1. opinio negatiua.
79 Sui si nolit succedere ex primo capite vnde liberi, sed ex secundo, vel tertio, tanquam agnatus vel cognatus, an possit vsucapere pro herede, & nu. 80. & 89.
80 Sui in iure triplex caput habent ad succedendum, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati.
81 Sui quod possint vsucapere pro herede, secunda opinio affirmatiua.
82 L. 2. §. si. ff. pro hered. intellectus.
83 L. nihil. C. de vsucap. pro hered. intellectus.
84 Nouus intellectus eiusdem l.
85 Existentia sui heredis non est sufficiens sine immisione ad inducendam confusionem actionum.

86 Suiatem habet filius succedans tanquam agnatus, vel cognatus.
87 Suias heres gabellam soluere non tenetur ex hereditate patris sibi delata, stante l. vel statuto, quod de qualibet hereditate, qua alicui obuenit, salua gabella.
88 Rationes quaedam explicantur, quare testamentum, in quo filius in potestate est prateritus sit ipso iure nullu.
89 Legitima filius in vita patris non est debita, sed quasi debita, & ipsi filius non dicitur domini, sed quasi domini.
90 Pater non tenetur soluere legitimam in vita sua pro condemnatione delicti filii sui.
91 Hoc limitatur, quando statuto cauetur, ut pater teneatur soluere condemnationem pro filio.
92 Huiusmodi statutum si sit, quomodo debeat intelligi.
93 Pater licet non teneatur, si soluit ex voluntate condemnationem pro filio, an postea ipse filius conferre teneatur post mortem patris aliis fratribus, quod pro suo delicto pater communis soluit.
94 Confiscatis bonis filii propter aliquod delictum, an censetur etiam confiscata legitima sibi quasi debitam bonis patris uidentis.
95 Filius qui deliquit, an possit repudiare hereditatem matris sibi delatam post delictum, in prauudicium offensae & iuris sibi competens per sententiam.
96 Suius Filius an possit repudiare hereditatem patris, re-tenta sibi legitima.
97 Filius melioratus potest acceptare meliorationem, & praelegatum, ceteraq. bona repudiare.
98 Hereditas iacens non datur, ubi est suus heres.
99 Curator an debeat dare hereditari iacenti? & nu. 107. & 107.
100 Beneficium abstinenti datum filis suis, est de iure praetorio.
101 Praetores quare hoc beneficium concesserint.
102 Creditores an habeant intentionem suam fundatam aduersus filium suum, licet non constet de aditione vel immisione? & nu. sequent. & in hoc numero ponitur prima opinio affirmatiua.
103 Fideicommissarius sine creditor est.
104 Argumentum a coniunctione duarum legum, validum est in iure.
105 Creditores, quod non habeant intentionem suam fundatam aduersus suum, secund. opinio negatiua.
108 Ius aduendi & immiscendi durat 30 annis.
109 Index non potest abbreviare tempus aduendi a iure datum & competens, & quomodo hic intelligatur.
110 Filiis succedentes in feudum patris, non acquirunt succedendo, sed acquisitum capiunt cum libera administratione.
111 Filius Regis an Rex vocari debeat, licet Regnum non habeat.
112 Glos. seu dictum Doctoris debet intelligi secundum iura qua allegat.
113 Habens privilegium ab Imperatore legitimadi quoscunque spurius, exceptis filiis Comitum & Banorum, an possit legitimare filios spurios filii comitis uidentis.
114 Estimum patris conuertitur estimum filii, & ibi infer-tur ex hoc.
115 Hoc procedit in publicis muneribus, secus in priuatis.
116 Filius litigans, qui non habet immobilia, non excusatur a satisfactione l. sciendum, ff. quisat. dar. cog. propter immobilia patris.
117 Emancipatus definit esse in patris potestate, & suus esse per emancipationem.
118 Filius vel filia per contractum matrimonii, de iure communi non liberatur a patria potestate.
119 Sed iure fori liberatur, quibusdam concurrentibus.
120 L. Taur. liberatur etiam illis concurrentibus, sed tantum quod sit velatus.

121 An praed. l. procedat tantum in fauorabilibus, vel et-
122 Filius velatus si existat ingratus patri, an possit reuo-cari in patriam potestatem.
123 Filio exheredato, nepos non efficitur suus auo, & ideo potest praereri.
124 Filius exheredatus amittit suiatem per exheredatione.
125 L. qui aliena §. interdum ff. de acquirend. her. ed. intel-lectus.
125 Pater potest in testamento tollere suiatem filii.
126 Nepos si instituitur ab auo, praerito filio patre nepotis est suus auo.
127 Exheredatio ita demum valet, si hereditas adatur.
128 L. si quis posthumus, §. si filium ff. de lib. & posthum. & l. si quis filio exheredato, in princ. ff. de iust. rupt. intellectus.
129 Filio exheredato, quare pater possit substituere pupillariter.
130 Res qua habet iam effectum suum, licet perueniat ad casum, a quo incipere non potuit, non vitatur.
131 Sublata est differentia hodie emancipationis & patriae potestatis.
132 Emancipatus hodie est suus ab intestato, secus vero con-ditio testamento.
133 Emancipato rumpente testamentum patris per contra tabulas, omnes filii, tam sui, quam emancipati, eodem iure succedunt.
134 Tit. ff. de conuigen. cum emancip. lib. eius, an hodie sit correctus, & num. seqq.
135 Titulus ff. de conuigen. cum emancip. lib. eius, ad quid fuerit introductus.
136 Titulus ff. de conuigen. cum emancip. lib. eius, ab intesta-to tantum est correctus.
137 Correcta ratione legis censetur correctae & ipsa lex.
138 Titulus ff. de conuigen. cum emancip. lib. eius, est etiam correctus, quando filius emancipatus praeritur in te-stamento sine causa insertione.
139 Emancipatus filius praeritur sine causa insertione, est suus, & habebit hoc casu ius dicendi nullum.
140 Emancipatus filius institutus, nepote ab eo praerito, est suus.
141 Ius rumpendi regulatur a iure succedendi ab intestato.
142 Stante statuto, quod filia dotata non succedat ab inte-stato si ipsa praerita sit in testamento, vel exhereda-ta, non poterit illud rumpere.
143 Bart. opin. in l. Gallus, §. quid si tantum, n. 7. ff. de lib. & post. fundata. (pato.)
144 Pater non potest substituere pupillariter filio emancipato.
145 Differentia emancipationis & patriae potestatis, in qui-bus hodie sit sublata, & in quo daret.
146 Emancipatus non transmittit etiam hodie heredita-tem non aditam ex potentia suiatis.
147 Filius uxoratus & velatus, etiam hodie non transmit-tit hereditatem non aditam ex potentia suiatis.
148 Emancipatus etiam hodie non gaudet beneficio l. si. C. de repud. hered.
149 Emancipatus filius etiam hodie non habet tria capita ad succedendum sicut suus.
150 Adoptatus filius est suus adoptanti.
151 Adoptatus filius transmittit hereditatem non aditam, ex potentia suiatis.
152 Adoptatus ab extraneo tantum succedit ab intestato, & dicitur suus ei, non vero ex testamento.
153 Adoptatus ab auo succedit contra testamentum ipsum, & ita intelliguntur duo iura.
154 Adoptiois & arrogationis differentia.
155 Arrogato debetur quarta pars bonorum arrogatoris, & an adoptato ab extraneo idem sit dicendum, & nu-meris seqq.
156 Adoptato ab auo an debeat dicta quarta.

157 Quarta, qua debetur filio arrogato, quorum bonorum intelligatur, & quomodo arrogatus succedat cum aliis filijs naturalibus.
158 Arrogatio siue adoptio facta ab eo, qui liberos vel nepotes non habebat, naturalitate filiorum irritatur l. Regia, praeterquam in adoptatis ab auo paterno vel materno, num. 160.
159 Legitimatio facta per rescriptum Principis ad succe-dendum, tempore, quo alii legitimi non existabant, ir-ritatur per naturalitatem legitimorum & naturalium.
160 Legitimatus per subsequens matrimonium, succedit cum legitimis.
161 Arrogatus vel adoptatus ab eo, qui alios filios habet, an succedat cum eis.
162 Habens filios legitimos & naturales, an possit legitima-re alios naturales tantum, remissive.
163 Legitimatus per oblationem curiae, vel per subsequens matrimonium, subintrat in patris potestatem, & efficitur suus.
164 Legitimatio supra dicta erit secundum veritatem, & non secundum fictionem.
165 Pater potest substituere pupillariter filio legitimo.
166 Legitimatus ad feuda cum clausula derogatoria gene-rali omnium legum & constitutionum, & quorumcunque in contrarium facientium, an possit succedere in feudo, in quo certa qualitates requiruntur.
167 Legitimi efficiuntur liberi antea nati per subsequens matrimonium, licet nuptiae contrahantur ab eo, qui in extraneis sit.
168 An id procedat, ut legitimi huiusmodi excludat sub-stitutum datum in casu quo heres decederet sine liberis.
169 Legitimatus ita demum excludit substitutum, si ipse substitutus citatus fuerit. (interest.)
170 Citari debet in quocunque actu prauidiciali ille, cuius citari debent illi, quibus est aliquid ius quatum, quado filius naturalis legitimatus post mortem patris, imo consensus illorum requiritur.
171 Legitimi an efficiantur filii antea nati per subsequens matrimonium, quando in eo adest impedimentum sus-cipiende prolis.
172 Legitimatus transmittit hereditatem non aditam ex potentia suiatis.
173 Legitimatus filius debetur eadem legitima, qua debetur filijs legitimis & naturalibus.
174 Legitimati an excludant feminas, stante statuto quod stantibus filijs masculis, filia femina non succedant.
175 Legitimatus filius praeritus a patre in testamento vel exheredatus, habet omnia remedia, qua filius legiti-mus & naturalis habet contra testamentum patris.
176 Legitimatione rumpitur testamentum antea factum, si-cur agnatione posthumi.
177 Legitimati filii, an admittantur ad emphyteosin Ec-clesiasticam, susceptam pro se & filijs suis.
178 Legitimatione filij naturalis an reuocatur donatio in- in l. si vnquam, C. de reuoc. don. remissive.
179 Legitimatus per rescriptum Principis, quod non subuer-tat donationem in casu d. l. si vnquam.
180 Legitimati an faciant deficere fideicommissum in casu l. cum acutissimi, cum similib. C. de fideicom.
181 Legitimati an succedant & habeant suiatem stantibus legitimis & naturalibus, & an eo casu, quo cum eis succedat, possint meliorari.
182 Tex. in l. hac consulti summa, §. ex imperfecto, C. de testam. an habeat locum inter filios legitimos.
183 Tex. in l. cum filiofamil. ff. delegat. 1. an habeat lo-cum in filio legitimo.
184 Omnia iura loquentia filijs legitimis, habent etiam locum regulariter in filijs legitimatis.
185 Legitimati filij an gaudeant nobilitate patris, hoc est, hidalguia vulgo dicta, & num. seqq.